Speculum glose virginis marie.

In nomine domini amen

Quoniam vero ut ait beatus Jeronimus
nulli dubium est quin totum
ad gloriam laudis dei pertineat
quod sue digne sue genitrici
impensum fuerit. Ideo ad laudem
dei nostri ihesu christi aliqua de laude et gloria glo-
riosissime matris eius prout capiunt dulcissi-
mam eiusdem matris salutacionem que materia
assumere dignum duxi. Sed certe ad hoc opus
minimam fateor racionem meam esse insufficientem
quia minima materie incomprehensibilitatem quia
minimam scientie mee tenuitatem quia minimam
lingwe mee ariditatem quia minimam vite
mee indignitatem quia minimam persone lau-
dande laudem et laudabilitatem. Quis namque
materiam illam incomprehensibilem esse ~~dubitavit~~
dubitat. De qua sanctus Jeronimus ea que sciuntur
differe differencie non dubitat. Quod natura in quid
non habuit. usa ~~quia~~ nesciunt ignorant verbo
mens non capit humana. pavent celum super
terra. Creatura etiam omnis miratur celestis. Hoc
totum est quod per gabrielem marie denunciatur
miratur et per ipsum adimpletur. Qua de causa de
tali tantaque me loqui indignum fateor. Item
quomodo scientia mea tenuissima et mens mea
durissima et obscurissima dignos matris
laudes excogitare sufficiat. ille illuminare
mentis Anshelmus dicat. Hec enim sic longius

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Lingua mihi deficit quia animus meus non sufficit.
Quia omnis memoria mea scelerata est. Et tantis be-
neficiis et gratiis expoliata. Ut nec cogitare
possim dignitas. Et pudet conferre non dignitas
Beatus quoque augustinus. Mariam alloquens ait. Quid
dicam de te pauper ingenio. cum de te quicquid dix-
ero minor laus est quam dignitas tua meretur.
Et quis lingua mea rudissima. Animus meus
gutturam mea aridissima inenarrabiles marie
laudibus non deficiat. cum ille disertissime
lingue. Augustinus dicat. Quid nos tantilli quid acturi
pusilli in laudibus eius referemus. cum omnia membra
nostra si in linguas verterentur eam
laudare nullus sufficere valeret. Et cum non sit
speciosa laus in ore peccatoris quid ego miser peccator ho-
quid ego indignissimus vite hominis laudes
mirandas audeat sonare. cum in hiis illum dignissi-
me vite Iheronimus laudans trepidare. Hic namque dicit
Timeo sed et valde pertimesco. dum verbis cupio
parere affectibus ne forte sicut ingratus ita et
indignus laudator inveniar. Profecto cum nec
sanitatis nec facundia suppeditat ut beatam
et gloriosam virginem mariam laudare digne
queam Et ad quid aque pauxillum mari addam.
ad quid modicum lapillum monti adiciam. Hec
Ubi cum maria divinis et angelicis laudibus
nimis magnificata sit. quod nunc quod pecuine
mea paruitas eius laudibus adicere possit. Et
Demum beatus bernardus de ipsa loquens ait. Vos

verum fatear. quod humanis dici potest verbis.
minus est a laude eius ~~[struck]~~ quam divinis et angelicis
est excellenciis predicata et laudata preconiis.
A prophetis quidem prenunciata. A patriarchis figuris et
enigmatibus presignata. Ab evangelistis exhibita et
monstrata. Ab angelo venerabiliter atque honestissime
salutata. Hec omnia diligenter pensata prudentem lectorem
pariter atque auditorem movere debent merito. Et ignos-
cant michi quesumus insufficiencie quidquid imperite eis
occurrerit in hoc scripto. Quomodo enim ego
tam insufficiens inde valerem ea que tante
dignitatis laudibus digna tanteque dignitatis relatoribus
grata forent. cum in hoc ille tantus eius lauda-
tor et relator. Beatus Bernardus contestetur
eum sic. Non est quod me delectet magis. nec
est quod terreat magis. quam de gloria virginis matris ha-
bere sermonem. Et tamen huius subiungens ait.
Tanto eam affectu devocionis amplectuntur. honorant
suscipiunt ut dignum est universi. Ut licet de ea
loqui gestiant. tamen omne quod dicitur de inde-
cibili eo ipso quod dici potest. minus gratum sit
minus placeat minus accipitur. Hortatur tamen et consolatur
me beatus Jeronimus dicens. Et si ad hoc nemo inveni-
tur ydoneus. volunt tamen omnibus cessare non debet
etiam quilibet peccator a laudibus. Beatus etiam Augustinus
loquens quomodo dei filius matris sue fecunditatem
veniendo attulit et integritatem nascendo
non abstulit. pauca sit inculcat dicens. Laudemus
quippe dominum dei nec fari possumus quoniam

sumus ad eructandam magnificenciam gaudii et eius
laudare preconium. non cavendo murmur magistri. Et
tue vidua paupercula que duo minuta deo gratissima
operatur. non quia tunc nichil offerre debuit, quia magna
offerre non valuit. Sicut et ego pauper ingenio
minus pauperrimus tam scientia quam eloquentia hoc exiguum
donum hoc paupercule scriptum ad honorem tuum
virginis offerre presumpsi. Et in ipso tamquam in quodam
obscuro speculo simplici oculo eiusdem virginis
amatores qualis et quanta ipsa sit saltem tenuiter
speculentur. Et quia idem scriptum instar cuiusdam specu-
li aliqualem representationem et vite et gracie et glorie marie
magne. Ideo non inmerito appellatur speculum
marie. Eya ~~benignissima~~ benignissima domina mea maria
Exiguum munus quod dat tibi pauper amicus. Accipito
placide. Te enim cum hoc munusculo et cum hoc
opusculo salutacionis tue saluto. Te genibus flexis
et capite inclinato et corde et ore saluto Salu-
tacione qua dico Ave maria
Ave maria gracia plena dominus tecum benedicta tu in
mulieribus et benedictus fructus ventris tui
Audi dulcissima virgo maria. Audi nova
audi mira. Audi filia et vide et inclina aurem
tuam. Audi gabrielem nuncium altum gloriosum.
Vide fecundacionis tue modum miraculosum. Incli-
na aurem tuam ad consensum fructuosum. Audi
tu quod a deo patre tu [illegible]. Vide quod filius dei
per te incarnabitur. Inclina aurem tuam spiritui